5.

Banderium S. Georgii in parte cruciferica, quod miles strenuus,
et qui turpe putavit ex praelio fugere, Georgius Herzdorff ducebat.
Stetit enim intrepidus, tenens illud, donec per Polonorum milites fuit
captus et Vexillum sibi fuit ereptum. Sub hoc erant milites insignes
ex variis nationibus terrarum Almanniae, satis animosi et pugnaces,
et omnes fere occisi, pauci per fugam salvati. Quem enim locum quisque
pugnando ceperat, hunc pectore adverso, cadendo et moriendo tenebat.

Bañiere de St. George portée par
George Herzdorff

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden